



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 101. Fabritii Verospii Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

Sæc. XVII. „rum peccatorum mortalium nec cir-
A. C. 1639. „cumstantias speciem mutantem, quod
 „vera fides non possit distingui a cha-
 „ritate, quod Ecclesia sexcentis abhinc
 „annis non sit vera Ecclesia, circa hos
 „articulos, inquam, pluresque alios ab
 „Lescoto mihi propositos respondeo,
 „quod talia a San - Cyrano proferri non
 „audiverim: Hæc nec plura sunt, quæ
 „de præfato Abbate scio. Scripsi hæc
 „cuncta propria manu, & rursus reco-
 „gnita confirmo, & meo sigillo manio.

Vincentius a Paulo.

Tale erat S. Vincentii testimonium
 de San - Cyrani Abbatis opinionibus,
 quas idem Sanctus æque ac Jansemii,
 Arnaldi, ceterorumque errores vehe-
 menter perstrinxit, ac confutavit.

§. CI.

Fabritii Verospii Cardinalis obitus.

*Ciacon. in
 vita Urban.
 VIII.
 Vid. supra
 l. 191. §. 25.
 p. 97. t. 56.*

Ex Purpuratis hoc anno sex supre-
 mum obiit diem, quos inter cete-
 ris prior abreptus est Fabritius Vero-
 spius, patria Romanus, qui omnibus
 scientiis Viro Ecclesiastico dignis excol-
 tus, per varios dignitatum gradus ad
 Perusinam & Umbrientem Præfectu-
 ram, ac demum ad Purpuram ascen-
 dit. Præclara semper præstitit Sedi
 Apo-

Apostolicæ obsequia, præcipue dum dis-
sidium inter Papam & Magnum Etru-
riæ Ducem ob Arni fluvii inundationes
exortum mira dexteritate composuit:
Ejus quoque opera feliciter utebatur
Gregorius XV. dum Kleffelium Cardina-
lem captum sibi tradi, a Cæsaris fra-
tribus petebat, misso Viennam Veros-
pio, qui Viennenses Magistratus, in-
tentata, ni protinus Kleffelium trade-
rent, anathematis pœna eo perduxit,
ut captum Cardinalem eidem restitue-
rent. Tandem obiit Verospius Romæ
die vigesima septima Januarii anno æta-
tis octavo supra sexagesimum, sepultus
in SS. Triadis Templo in Monte Pincio.

Sæc. XVII.
A. C. 1639.

§. CII.

Dominici Ginnesii Cardinalis mors.

Paulopost eadem legis necessitate vi-
vis valedixit Dominicus Ginnesius
idem patria Romanus, qui utriusque
Jurisprudentiæ laurea Bononiæ deco-
ratus, sub Gregorio XIII. Sixto V. &
Clemente VIII. Legationibus, aliisque
officiis cum summa laude defungeba-
tur. Recusabat sibi a Clemente Papa
oblatum Thesaurarii Pontificii munus:
Sipontinus tamen Archiepiscopus antea
renuntiatus, & postmodum Cardina-
lium Collegio adscriptus solis virtutibus,
meri-

Ciacon. in
vita Clem.
VIII.